



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Tractatvs De Necessitate Et Modo Ministrandi Sacramenta Tempore pestis**

**Chapeauville, Jean**

**Mogvntiæ, 1612**

12. An etiam illis, inter quos pastor scit per confeßionem esse  
impedimentum annullans?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41077**

QVÆSTIO XII.

An etiam illis, inter quos Pastor scit per confessionem esse impedimentum annullans?

Quæstionis explicatio.

**G**rauissima est disputatio apud Doctores, an liceat parocho uti scientia, quam habet ex confessionibus ad extremam gubernationem, hoc est, ut faciat vel omittat aliqua, quæ alias non esset facturus vel omissurus: aliis dicentibus id licere, quando fieri potest absque periculo detectionis ipsius confessionis: aliis contra negantibus, sed debere parochum se habere in suis externis actionibus, ac si nihil penitus in confessione sciret aut audiuisset: Occasione illius queritur, an si pastor sciat per confessionem inter contrahere volentes esse impedimentum dirimens, teneatur suam præsentiam matrimonio exhibere,

Responso.

**T**Enetur exhibere: quia omnes Doctores in hoc conueniunt, pastorem non posse iuuari ex confessionis scientia ad actus suos externos dirigendos, quando confes-

II 3 sio

302 DE NECES. ET MOD. MINIST.  
sio redderetur odiosa, & homines ab i-  
psa retraherentur, quod proculdubio que-  
niret, si homines scirent se ob peccatum in  
confessione auditum posse repellere à matri-  
monio ineundo, aut alio aliquo sacramen-  
to percipiendo, puta, quia Concubinarius  
volens concubinam ducere, confessus fuit  
se illius sororem ante cognouisse, &c.

Dices: Quid si Concubinarius occulte  
petat, pastorem adesse matrimonio cum  
solis duobus testibus, tenebitur nihil  
minus pastor suam præsentiam illi exhibere: an vero monere illum impedimenti,  
quod ex incestu prafato natum est, & ma-  
trimonium nullum reddit?

R. Teneri præsentiam suam exhibere,  
posse interim illum monere in confessio-  
ne, si velit confiteri, vel illum ad confessio-  
nem faciendam allicere, si id cum bona-  
ius gratia fieri possit. Et si enim occulte  
monere illum, qui tibi confessus fuit, non  
sit propriæ sigillum confessionis frangere,  
offenditur tamen, quando extra confessio-  
nem sermo habetur de auditis in illa,  
cum ipsomet pœnitente nisi  
cum illius gratia & li-  
centia fiat,

Q V A: